II

JUS MUNDI

seu

VINDICIÆ JURIS NATURÆ,

PUBLICA DISPUTATIONE JURIDICA,

DEO Clementer Aſſiſtente,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO

DN. HENRICO BODINO,

J. U. D. & in inclyta Haſſo-Schaumburgica Academia J. Can. Prof. Ord. celeberrimo,

Domino Patrono Præceptore ac Benefacto-re æternum colendo,

ROMA

Propoſitæ

Ab

OTTONE HENRICO Becker /

Mengeringhuſio-Waldeccenſe.

AUTHORE ET RESP.

IN AUDITORIO JCTORUM

Rinthelii Die XXVIII. Februarii, Anno M DC XC.

Iterum editæ HALÆ MAGDEB, Literis Chr. Henckelii, Acad. Typ. M DC XCVIII.

11

PRÆFATIO.

SIcuti inter omnes humanas ſcientias , nulla ſanctior, nulla reperitur ſublimior , quam illa, qua ruina animarum, cui primorum parentum nos expoſuit lapſus, vero DEI cultu, ex revelato ejusdem verbo, emendatur, quod Theologiæ objectum eſt; ita inficias nemo ibit, primum poſt eandem ſibi locum vendicare ſummam illam prudentiam, quâ quid ſecundum æternam juſtitiam in quibuscunque actionibus moralibus homini agendum ſit, inveſtigamus, quæ Ulpiano teſte *l.1. §.1. ff. de J. & J.* ſola eſt vera, reip. imo toti ſocietati humanæ utilis, neceſſaria, & non fucata Philoſophia, quæque tanto eſt excellentior, quanto gradu divina humanis præferenda; Et dum omnis, quæ juſtitiam excepit primævam, humana labes, ex eo contigerit, quod in voluptates immerſus Adamus, cum poſteris, à divinæ juſtitiæ tramite deviarint; cuique homini, præcipuè autem JCto , nihil magis cordi eſſe debet, quam ut amiſſæ hujus divinæ virtutis rudera, quantum per fragilitatem licet noſtram, conquirat; Quod aliunde quam ex cognitione Voluntatis ſummi Legislatoris, quæ jus nobis inducit, hauriri non

poteſt; Quia autem peccatis admodum obnoxia humana conditio, utpote homines à DEO ſeparans, obſtaculo eſt, quo minus primæva iſta ſanctiſſimæ juſtitiæ divinæ cognitio nobis inhæreat, eandem ex operibus ejus, quantum poſſibile eſt, perſcrutari merito annitimur. Unde hominum Sapientiſſimus Salomo, ab ipſo DEO laudatus *1. Reg. 4. v. 31.* ad humanæ perfectionis faſtigium eo ipſo pervenit, quod DEUM ejusq; voluntatē in creaturis per veſtigaverit ac ſic de Cedro in Libanon usque ad abjectiſſimam herbam, deque volucribus, piſcibus & omnibus animalibus eorumque ordine diſſeruerit. Cogitanti igitur mihi de primitiis ſtudii mei juridici in publicum exhibendis, potiſſimum de hâc admiranda divina juſtitia in ordine creaturarum nobis manifeſtata (quod jus Naturæ vocamus) utpote primo principio ac fundamento omnis humanæ jurisprudentiæ, dum amplius non poſſum, umbram quandam & quaſi per obfuſcatum ſpeculum delineare conſtitui; Et quamvis Salomonis Sapientiæ acumen heic attingere impoſſibile ſit, liceat mihi ſaltem inter valles ignorantiæ fluctuanti, juxta principia Excellentiſſimi Domini Præſidis, publicè & privatim ſubinde propoſita, extremos apices, quaſi ex longinquo intueri. Lectorem interim obnixe rogatum volo, ut me, nil niſi amoris vinculum in natura quærentem, amore quoque ſuo potius, quam indignatione, ſi quid forte vel minùs accuratè, vel etiam erroneè heic ſcriptum foret, dignari, ac æquo animo in viam ducere velit.

I. N. J.

I. N. J.

IN toto univerſo omnique ævo hujus & futuri ſeculi, nihil ſalubrius certo aliquo exiſtentium ordine dari, eo minus dubitandum, quo ſine eo nil niſi confuſio, omnis mali ſcaturigo, exiſteret. Ipſa ſanctiſſima Trinitas ordinem aliquem Patris Filii & Spiritus S. non reſpuit; Clariſſima illa Aſtra mätutina, primogeniti creaturarum, quos Angelos vocamus, tam reſpectu Creatoris erga ipſos, quam inter ſe ordine non deſtitutos, ſacra nos docet ſcriptura *Epheſ. 3. v. 10. Rom. 8. v. 38. Coloſſ. 1. v. 16. & 5.* Quin & totam à ſummo Creatore conditam naturam formaliter nil niſi ordinem partium inter ſe, & reſpectu totius & Creatoris ſpirare, certum eſt; Hinc ordine naturæ ſervantur omnia, quo turbato corruunt; Hominum quoque Societas ſine ordine aliquo ne quidem concipi, nedum conſervari poteſt; Ut ſic ordinem baſin ac fundamentum omnis naturæ ac moralitatis dicere non vereamur. Qui ordo rerum creatarum vel ab ipſo Creatore, vel ab intelligentibus creaturis introductus illos, qui eundem cognoſcunt aut cognoſcere poſſunt, eiq; ſubſunt, ad ejus obſervationẽ obſtringit; quam obligationem in ſenſu morali *jus* vocam9. Omnes enim, quæ exiſtunt leges nihil aliud ſunt, quã directio ordinis boni ad conſervationẽ ſocietatis tendens. Quia vero omnis ordo vel ex Creatoris omnipotentis voluntate introductus, vel ex neceſſitate generis humani ab hominibus inventus eſt, hinc duplex *jus* producit, alterum *divinum*, alterum *humanum*, Illud ad ordinem a DEO præſcriptum, hoc ad hominum inventa nos obli-

Ordo, anima rerum.

ligans. Cumque DEI Voluntas vel ex ipſius ſapientiſſima directione & facto, vel ex expreſſa declaratione & mandato nobis innoteſcat, duplex exinde iterum jus divinum oritur, alterum *tacitum*, alterum *expreſſum*; Mittentes, hac vice, poſterius ex S. Scriptura hauriendum, de *tacito* DEI jure acturi, oſtendemus, illud nil aliud, quam vulgo illud dictum *jus Naturæ* eſſe; propoſituri *primo* quid ſit jus naturæ. 2. quænam ejus Cauſa Efficiens, quænam forma, Materia, finis, quisve effectus, & 3. an & quomodo illud mutationi obnoxium ſit.

An detur jus N. §. II. Antequam definitionem aggrediar, operæ pretium erit, disquirere, an detur aliquod Naturæ jus. Machiavellus quidem, aliique ab H. Grotio *in prolegom. nis de jure B. & P.* allegati, omne illud quod jus naturæ vocamus, partim præconcepta hominum opinione jucundi & injucundi vid. Machiavell. *Diſp. lib. 1. c. 2.* partim poteſtate externa ſine reſiſtentia agendi vid. Hobbes. *Elem. de Civ. c. 2. & c.* partim utilitate propria & conſervatione generis humani, partim æternis illis immutabilis veritatis principiis metiuntur, & inde in varias invicem diſcrepantes opiniones rapiuntur, ut merito dubitare poſſes, dari certam quandam normam, juxta quam cuique homini in vel extra ſocietatem conſtituto, agendum ſit, ita ut eandem contra aberrantium ſcrupuloſam ratiocinationem defendere poſſis. Aſt cum ipſa natura, juxta prædicta, nil niſi ordinem contineat, in quo ordine tota ejus conſervatio conſiſtit, ille autem ordo ab authore ejus ceu primo principio profluat, certum eſt, illum naturæ ordinem, quem materialiter ſpectatum, ſtatum naturæ, formaliter verò, quatenus ab intelligentibus cognoſci debet, jus naturæ vocamus, à nullo homine mutari, eive contraveniri, ſed eidem omnes obtemperare, illumque

in ſtatu ſuo relinquere, ac quantum in ipſis eſt, promovere debere; quæ obligatio cum nihil aliud quam jus inducat, ſole meridiano clarius reddit, jus naturæ dari; Quod jus quam rectiſſime deſcribitur hoc modo: *Eſt Voluntas DEI ſeſe exerens in ordine creaturarum, omnes creaturas ad ſervandum ſuum ordinem & non perturbandum dirigens & obligans.* Quam definitionem tantum non ipſisſimis verbis tradit Auguſtinus, qui *lib. 22. contra Fauſtum c. 27.* dicit, jus naturæ eſſe rationem divinam ſeu voluntatem DEI ordinem naturalem conſervari jubentem, perturbari vetantem. Quare opinionem illorum, qui cum Magno Grotio in dictatu rationis jus naturæ quærunt, periculoſam & abſurdam eſſe, aſſerere non veremur; Hoc, quia ea ratione omnis inter jus N. G. & C. differentia tollitur, cum juris nomen non mereatur, quod citra rationis dictamen introductum eſt, adeoque definitio illa tam juri Civili quam naturali accommodari poſſet, id quod in regulas Philoſophicas impingit v. Lœber. *Nucl. Philoſ. p. 2. d. 14. q. 6. 7. & 13.* Nec eſt quod quis regerat, Grotium per ſeqq. verba: Indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum natura rationali, ineſſe moralem turpitudinem &c. ſatis explicare differentiam hujus juris ab aliis; nam dicit: *cum natura rationali*, quod vel ita intelligit, actum aliquem eſſe bonum vel malum moraliter, ideo, quia intellectus judicat eum convenientem vel disconvenientem eſſe principiis nobiscum natis, qua opinione abundat Hornej. *Phil: Moral. l. 4. c. 2. §. 20.* ſed ſic parum accurate, non enim jus naturæ illud eſt, quod nobis ita videtur vel non videtur, ſed quod ubique (ſive intellectus ita judicet ſive non) eandem vim habet, uti dicit Ariſtotel. *lib. 5. Ethic. c. 7.* Vel quod natura rationalis per principia naturâ indita, cognoſcat

Definitio juris Naturæ.

Rejicitur definitio Grotiana.

ſcat

ſcat actum eſſe bonum vel malum, eo quod ſit juxta vel contra DEI voluntatem, in naturæ creatione manifeſtatam, & ſic erit tantum deſcriptio à poſteriori; Sicuti enim oculus, per quem videmus albedinem in pariete (loquimur cum vulgo, an vero albedo revera ſit in pariete, an per refractionem & receptionem radiorum demum efformetur, non eſt hujus loci inquirere v. Anton. Le Grand. *Inſt. Phil. part. 3. art. 17. n. 4.*) non eſt ipſa albedo, ſic dictamen rectæ rationis, ſeu recta ratio dictans nobis, quid ſit juris naturæ, non eſt ipſum jus naturæ, ſed medium per quod illud cognoſcimus. Hinc dictum Apoſtoli ad *Rom. 2. v. 15.* nullatenus confirmat definitionem Grotii, uti putat Hornej. *d. l.* eadem enim ratione Paulus dicit, ſcriptam in cordibus hominum legem, quâ Ictum jura probe edoctum laudamus, (quam ejus prudentiam & cognitionem ipſum jus eſſe, abſurdum foret dicere) Quamvis enim nullas dari ideas innatas putemus, contra Carteſium, facultatem tamen quandam naturalem, DEI exiſtentiam & voluntatem, ex creatione univerſi, colligendi, homini ineſſe, probatur tum ex allegato loco, & ex *c. 1. v. 20. ad Rom.* tum ex unius cujusque conſcientiæ teſtimonio, vid. Puffend. *Elem. Jprud. univ. lib. 2. obſ. 4.* Deinde periculoſum eſt, in dictatu rationis quærere jus naturæ; ſic enim quot capita tot ſenſus, & unde niſi ex hoc fonte profluunt diverſiſſimæ illæ & monſtroſæ de jure naturæ opiniones, dum hoc vel illud dictare jus N. alter affirmat, negat alter, ita ut recte dixiſſe videatur doctiſſimus Felden. *Elem. de juſt. & jur. part. 1. c. 5. §. 1.* Omnes jus N. dari clamant, nemo autem propemodum ſcit, quid illud ſit, ſed quod cuilibet ſua dictitat opinio, hoc pro jure N. habet; ſc. poſito uno abſurdo ſequuntur plura, & adeo præconcepta opinio (mater er-

Periculoſum eſt in dictamine rationis quærere jus N.

Præconcepta opinio

rorum) in plurium animis invaluit, ut veritati vix locus relinquatur. Et hinc triſtes quotidie, (ne quis, de nominis ſono i. e. de lana caprina controverſiam eſſe, putet) oriuntur effectus, ut hoc vel illud non eſſe contra jus naturæ ſtatuendo, Iliacos intra muros peccetur & extra, hujus enim cauſa principalis eſt, quod in ſuo vacillanti, & modo huc, modo illuc fluctuanti rationis dictamine jus N. collocarunt; omnis enim voluntatis error præſupponit aliquem intellectus errorem, vel ad minimum inadvertentiam quandam. vid. *de uſu rationis incerto & inconſtanti graviter diſputantem* Seldenum *in nobiliſſimo opere de jure N. & G. ſecundum diſciplinam Hebræorum.* Sic Hobbes, præſuppoſito hoc, quod jus N. ſit dictamen rectæ rationis, uti illud etiam definit, non inepta ratiocinatione infert, per rectam rationem non poſſe aliam intelligi, quam ſuam cujusque propriam, ut quæ pro actionum propriarum regulâ, & in ſuis rebus pro rationis alienæ menſura cenſenda ſit, *Elem. de Cive c. 2. n. 1.* cui principio, accedente illo de ſtatu mere naturali, tanquam fulcimentis tota ejus impiarum partim, partim abſurdarum opinionum ſtructura innititur. Ab Hobbeſio prope differt Machiavellus honeſti inhoneſtique rationem in conceptu jucundi vel injucundi collocans *Diſp. de Rep. l. 1. c. 2.* At in quis, Grotius definit jus N. per dictatum rationis, non ſimpliciter, ſed rationis rectæ? Hoc verò eſt pomum Eridos projicere, & ſicut inter duces ſuos Alexander M. ad interrogationem, quem denominaret ſucceſſorem, Optimum, reſpondens Curt. *lib. 10. c. 5.* ita hæc vox; Rationis rectæ, inter eruditos claſſicum cecinit; Quis enim de alterius â ſe diſcrepante rationis dictamine judicabit, rectumné ſit, an erroneum? cum

Mater errorum.

Uſus rationis incertus & inconſtans.

Suam quisque rationem putat rectam.

quiſque ſuo abundet ſenſu; & homines plerumque, quod in ſemet ipſis probant, in aliis damnent; conſentiantq; odio, metu, ſpe, amore, vel alia animi perturbatione magis quam ratione, uti non ſine ratione dicit Hobbes, *Elem. de Cive c.2. n.1.* cui quam maxime addenda præconcepta à teneris opinio. Et hinc non raro contingit, totos populos, Sapientiæ laude alias celebres, ſummo conſenſu, ea agere, quæ alii contra legem eſſe naturæ, profitentur. Ex tanta rationum diſcrepantia Seldenus, honos Britanniæ, uti à Grotio vocatur, *l.1. c.6. de jure N. & G.* infert, obligationis rationem inde peti non poſſe, quod argumentum elidere fruſtra conatur Bœcler. *in not. ad Grot. lib.1. c.1. §.12.*

Quid ſentiendum de definitione Ulpiani & Juſtiniani.

§. III. Cum igitur ſatis ſuperque, oſtenſum ſit, minus recte jus naturæ in rationis dictatu poni, videamus jam, qua ratione definitionem noſtram defendere, atque enucleatius explicare ſuſtineamus, hoc unico adhuc præmiſſo, deſcriptionem juris N. ab Ulpiano traditam *l.1. §.3. de I. & I.* & ab Imperatore repetitam *pr. I. de J. N. G. & C.* adeo non eſſe abſurdã, uti quidam putant, inter quos Hornej. *l.4. c.1. §.21. 22.* Selden admodum prolixe *lib.1. c.5. de I. N. & G.* & ipſe tandem Weſenb. *paratit. ad tit. ff. de I. & I.* ut potius optime materiam juris naturalis, exprimere videatur, ſupra enim probavimus, omnes res creatas in certo quodam ordine eſſe conſtitutas; Atqui fruſtra inſtitueretur ordo, niſi quoque conſervaretur; docuit igitur natura tam bruta, quam homines, ſecundum ſuum ordinem actus ſuos inſtituere, hos quidem cum cognitione juris obligantis, illa ex naturali impetu ſine tali cognitione vid. Vinn. *ad pr. I. de Jure N. G. & C.* Grot. *de I. B. & P. l.1. c.1. §.11.* quod qui negare auſus fuerit, nunquã legiſſe

mi-

mihi videtur, quæ Salomo de formicis *prov. 6. v. 6. 7. 8.* & de Apibus Virgilius *lib. 4. Georg.* miranda referunt. Recte igitur ratiocinatur Becan. *Theol. Scholaſt. p. 1. tr. 3. c. 2. q. 2.* cum DEUS creaturas non tantum creet, ſed etiam gubernet, neceſſe eſt, ipſum modum inſtituiſſe, quo quæque creatura debeat ſuas actiones exercere, & in ſuum finem dirigi.

§. IV. Aggrediar igitur definitionem meam, ſeu, ſi mavis deſcriptionem (ne illi, qui non veræ ſed fucatæ Philoſophiæ Studioſi, de terminis ſuperſtitioſe anxii, juxta ſcrupuloſiſſimas ſuas regulas Logicas illam examinent, quod in jure periculoſum eſt, & calumniari antiquis dicebatur vid. Pomereſch. *ad pr. I. de I. & I.*) quæ conſtat genere, & differentia. Genus deſumitur à cauſa Efficiente, quod ab uſu Philoſophorum non abhorret in definitione ἐκ πρόσθήσεως Lœber. *Nucl. Philoſ. p. 2. d. 14. v. 4.* quæ cauſa Efficiens eſt ipſa DEI voluntas. Differentia petitur 1. à Forma, quæ conſiſtit in modo promulgandi hanc legem ſ. jus, ſc. in ordine creaturarum. 2. à Materia, quam conſtituunt actus naturales, juxta ordinem creationis, illius ſervandi cauſa, inſtituendi. 3. à Fine, qui eſt conſervatio illius ordinis. 4. ab Effectu, qui eſt obligatio. Singulas jam partes pro modulo & inſtituto proſequar.

Definitionis ἀνάλυσις.

§. V. Cum nullum jus nos obliget, niſi ex voluntate ejus, qui poteſtatem in nos habet, quia jus eſt oratio vim cogendi habens Cic. *lib. 1. de leg.* hinc jus naturæ non, niſi ex voluntate authoris naturæ, DEI, vim obligandi habere, nemo niſi qui helleboro indiget, non videt. Expreſſit hoc Imperator, dum dicit, Naturalia jura divinâ quadam providentia conſtituta eſſe *§. ſed naturalia. I. de I. N. G. & C.* Sic Seldenus *in nobiliſſimo opere*

Jus oritur ex poteſtate-DEUS legis naturæ author.

 de

de jure. N.& G. cum prolixe per *cap. 4. 5. 6. & 7.* disquiſiviſſet, an jus naturæ petendum ex aliorum animantium actibus ac uſu; an verò à moribus omnium ſeu plurimarum Gentium communibus; an ex naturali ratione ſeu recto ejusdem uſu (quod quam periculoſum & abſurdum ſit, *c. 6.* oſtendit) demum concludit *c. 8.* à ſanctisſimi Numinis imperio & indicatione illud petendum eſſe. Fallitur enim Grotius, qui *in prolegom. de I. B.* putat, jus naturæ dari, etiamſi concederemus, non eſſe DEUM, aut non curari ab eo negotia humana; Certum enim eſt, juris rationem non dari, niſi per imperium & obligationem; adeoque juris naturæ rationem, ſine imperio & indicatione ſupremi Numinis nullam eſſe, ſicut graviter non minus, quam eruditè probat Selden. *de I. N. & G. lib. 1. c. 7. & 8.* Recte autem ex eo, quod DEUS ſit ſupremus Legislator & juris naturæ author, tanquam collectaneum infert Guilhel. Grot. *de Princ. I. N. c. 5. §. 11.* DEUM in omnes homines ſummam habere poteſtatem, ſupremumque in res creatas dominium, ſecundum illud Horatii:

An detur jus N. licet non exiſteret DEus.

Regum timendorum in proprios greges
Reges in ipſos Imperium eſt Jovis.

Sequitur igitur, uti quam rectiſſime concludit H. Grot. *in prolegom. de I. B.* ipſi DEO ſine exceptione parendum nobis eſſe. Hinc etiam decidi poteſt illa quæſtio: An DEUS diſpenſare de jure naturæ poſſit? ad quam plerique reſpondent, in iis circumſtantiis, quibus alias jus naturæ obligat, non poſſe DEUM diſpenſare, mutatis illis poſſe; Verum hoc poſteriori caſu dubium nullum eſt, quin obligatio tolli poſſit, non à DEO tantum, ſed & ab homine, uti fatetur Hornej. *Philoſ. Moral. l. 4. c. 5. n. 36.* imo hoc caſu nulla eſt obligatio, cum talis caſus nunquam juris natu-

An DEus poſſit de jure N. diſpenſare.

ra-

ralis fuerit, dum omnes conditiones neceſſariæ non adfuerunt. *vid.* Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c.* 3. §. 9. An verò Deus ab obligatione legis naturæ aliquem liberare poſſit, ita ut in certo caſu lex illa, iis circumſtantiis, quibus regulariter obligat, eum non obſtringat, id ad unum fere omnes magno negant conamine, & æque minus hoc poſſe fieri dicunt, quam effici, ut bis duo non ſint quatuor H. Grot. *d. l. 1. c. 1. n. 10.* hanc adhibendo diſtinctionis aliquam imaginem, de jure N. non diſpenſari, ſed materiam ei juri ſubtrahi, v. g. ſi quem Deus occidi præcipiat, ſi res alicujus aufferri, hoc ipſo fieri, ut non ſit homicidium, aut furtum Gvilh. Grot. *d. tract. c.* 3. §. 10. H. Grot. *mox cit. loc.* & prolixe Becan. *Theol. Schol. p. 2. tr. 3. c. 3. q. 4.* Verum enim verò, hoc ipſo, quod negare volebant, ponunt; Deum enim poſſe facere, ut eadem actio, quæ alias foret v. g. homicidium, ipſo jubente non ſit homicidium, quid aliud eſt, quam Deum poſſe diſpenſare de obligatione juris in tali caſu, ſ. moralitatem tollere, ut actio illa non ſit mala i. e. contra Legislatoris voluntatem, & conſequenter, agens non obligetur ad pœnam; nam quod dicunt, materiam actionis ibi ſubtrahi; minus accuratè & parum Philoſophice ajunt; occidit enim, tam qui Dei mandato homini ilia rumpit, quamqui ſine ejus mandato; Et ſi Princeps aliquis matrimoniū cum in tertium gradum conjuncta iniri prohibeat, alicui vero ex populo, talem jungere ſibi, permittat, quæſo an eo, quod Princeps hoc permiſit, materia priſtina ſubtracta fuerit, ut ille jam minus conjunctam duxerit? Sed quid multis? Si ille, qui τὸ κύριον in civitate habet, non tantum ipſe legibus ſolutus eſt *l. 10. ff. de LL.* v. Hobbes. *Elem. de Cive c. 6. n. 14.* & eadem ratiocinatione utentem Grot. *de I. B. l. 2.*

c.4.§.12 ſed etiam quemvis de populo à lege à ſe lata eximere poteſt v. Grot. *d.tr.l.2.c 20.§.24.* longe verius ſupremo Legislatori, quem voluerit cunque legis à ſe datæ obligatione liberandi, poteſtatem aſſerimus; An enim minor eſt authoritas in divini Numinis imperio, quo continetur jus naturæ, quam in humano, quo civitas regitur, quæro non immerito cum Bœclero *in not. ad Grot. prolegom. p.54.* Huc ſpectat illud Lactantii: Deus legem cum poneret, non utique ademit ſibi omnem poteſtatem, ſed habet ignoſcendi licentiã; quæ Lactantii verba refert Grot. *d.l.2.c.20.§.24.* Quin imo! ſicut DEUS totã naturæ legem tollere poteſt, uti infra oſtendetur §.XXI. ita & vinculum ejus circa perſonam aut factum ſingulare, manente, de cætero, lege. Sed inquis; DEUS non poteſt facere, ut ea, quæ ſunt inhoneſta, ſint honeſta, & contra? Atqui nullum tibi hac de re competit judicium! Sicuti enim in rep. nulli ex populo, ſed ſoli illi, penes quem eſt τὸ κύριον, competit de honeſto civili judicium, an ſc. actio civiliter bona vel mala, honeſta vel inhoneſta, reip. conducibilis l. noxia ſit, vid. hoc ſenſu quam veriſſimè hac de re diſſerentẽ Hobbes. *Elem. de Cive c.6.n.8.9.& ſeqq.* ita, an actio aliqua honeſta l. inhoneſta ſit, Theologicè vel moraliter, ex ſolius divini Numinis, ſive per promulgationem, ſive per ordinem naturæ, declarata voluntate dependet. Eo ipſo igitur quod DEUS aliquid jubet, honeſtum eſt, quod vetat facere inhoneſtum; huc egregiè faciunt verba Apoſtoli *ad Rom.9.v.20.21.* Sed plura addere ſuperſedeo, hoc tantum monito, ſi ſacrilegium eſt, de Principis poteſtate diſputare *l. diſputare 3. C. de Crim. ſacril.* quantum crimen erit, Omnipotentis DEI poteſtatem in dubium vocare; quo ſenſu eleganter dicit Puffend. *de Off. Hom. & Civ. l.1. c.4. §.7.* Non eſſe curiosè diſputan-

An DEus honeſta poſſit facere inhoneſta & contra.

Quodnam honeſtum & inhoneſtum civile?

tandum circa naturam & gubernationem Dei, hoc enim eſſe, Deum exigere velle ad modulum noſtræ rationis.

§. VI. Quod attinet modum promulgandi legem naturæ, qui formam ejus conſtituere dictus eſt ſupra §. 4. (ubi tamen paulò latius accipiendum promulgationis vocabulum, quam fiebat olim apud Romanos, cum promulgare legem, eſſet, publice eam proponere integro trinundino ſive diebus 27. antequam perferretur, uti ex Cicerone, Livio &c. annotavit Roſinus *lib. 8. antiquit. c. 2.*) conſiſtit ille in ipſius naturæ ordinis inſtitutione, dum enim res in tali ordine ad hunc vel illum uſum Deus creavit, hoc ipſo nos obligat, ut illas res ex illo ſtatu contra ejus voluntatem non turbemus, ſed ad eum uſum, ad quem creatæ ſunt, adhibeamus, qua de obligatione, cum de effectu agetur, pluribus. Huc pertinet illud Manilii 1. *aſtronom.* *Forma ſ. modus promulgandi juris N.*

Nec quicquam in tanta magis eſt mirabile mole,
Quam ratio, & certis quod legibus omnia conſtant.

it: quod de ſapientia DEI dicitur *ſap. 8. v. 1.* Attingit omnia fortiter, & diſponit omnia ſvaviter. it: *Pſalm. 18. v. 14.* it: *Pſalm. 94. v. 8.* Recte igitur Alphonſus de Caſtro *de lege pœnali lib. 2. c. 14.* jus naturale, inquit, eſt illud, quod ex ipſius naturæ inſtitutione provenit, *& paulo poſt*: ſi jus illud ad conditorem referas, Divinum dicitur, ſin verò ad tempus ſui ortus illud comparare velis, Naturale dicitur, quia ſimul cum ipſa oritur natura. Et Juſtinianus, Vetuſtius eſſe, dicit, jus naturæ quod cum ipſo genere humano *rerum natura* prodidit. *§. 11. j. de rer. div.* & denique omnium clariſſime hunc promulgationis modum à DEO in creatione adhibitum oſtendit Apoſtolus *ad Rom. 1. v. 20.* (quæ verba in vernacula vulgata refe-

re-

remus, quia commodiorem ſenſum exprimunt) GOttes unſichtbahres Weſen wird erſehen / ſo man das wahr nimt an den Wercken / nemlich an der Schöpfung der Welt. Removetur igitur hinc illa Ebræorum opinio, ſtatuentium jus naturæ, *i. e.* ſecundum eorum mentem, ſex, de ſeptem, quæ tradunt, priora capita, ipſâ Sanctiſſimi Numinis voce Adamo & Noachidis fuiſſe imperata, & ad poſteros per traditionem ſolum inde manâſſe v. Seld. *de jure N. & G. l. 1. c. 9.* quam opinionem, cum ex ſupra dictis ſatis abundeque refutetur, hic prolixius examinare, non attinet; Multo infirmiori ſtat talo illa plerorumque opinio, quod in hoc conſiſtat forma ſ. modus promulgandi legem naturalem, quod ſit omnium mortalium cordibus inſita, quod quam periculoſum & abſurdum ex dictis conſtat, & à Seldeno variis allegatis locis oſtenſum eſt. Ex his liquet, abſurdum eſſe, dubitare, an adhuc hodie detur jus naturæ; cum idem ſit, ac dubitare an mundus creatus adhuc ſit ſuperſtes, vel ne ordo iſte, in quo res initio ſunt creatæ, ſit ſublatus; Sed & non minus abſurdum eſt, pluribus & extrinſecus à neceſſitate & utilitate &c. petitis argumentis, dari jus naturæ defendere velle, ſufficit enim hic, digito monſtraſſe ea, quæ Deus fecit i. e. creationem mundi, exemplo Apoſtoli *ad Rom. 1. v. 20.* Ex dictis ſimul videre eſt, minus cautè dici à pleriſque, per legem naturæ præcipi aliquid quia bonum, prohiberi quia malum, ſicut ex diverſo leges aliæ jubeant, vel vetent ea, quæ antea erant indifferentia, & quoad has, fieri demum bonum, quia præceptum, malum quia prohibitum Guil. Grot. *de Pr. I. N. c. 3. §. 2.* quod nequaquam admitti poteſt; Si enim Deus creaturas in tali ordine non cre-

Hebræorum de jure N. opinio.

creaſſet, quæſo quâ ratione obligaremur, ad illas in tali ordine ad talem uſum adhibendas? cum non-entis nulla ſint prædicata, nullæ affectiones; Unde reſpectu DEI ante creationem res erat indifferens, qui naturam, omnipotentiâ ſua, alio ordine introducere potuiſſet, eo autem introducto, quod ei convenit, bonum, quod ei diſconvenit, malum dicendum.

§. VII. Materiam juris N. uti ſupra dictum, abſolvunt actus naturales, ſecundum ordinem naturæ inſtituendi, ita quidem, ut totum juris N. ſtudium conſiſtat in cognitione creationis, & inde fluentis ordinis, & uſu creaturarum; quo ſciamus; in quo ordine quæque res creata ſit, eademque in illo ordine, ad eum finem, ad quem creata eſt, utamur. Hæc enim ſumma illa Sapientia eſt, ex qua laudatur Salomo *1. Reg. 4. v. 31. & ſeqq.* & in cujus ſumma perfectione conſtitit idea primi hominis. Hinc recte Imperator Juſtinianus exempla juris N. proponere intendens, illa non ex quocunque rationis dictamine, ſed naturalibus ad conſervationem naturæ tendentibus actibus, deſumit *Pr. I. de I. N. G. & C.* ubi per maris & fœminæ conjunctionem non quidem promiscuum congreſſum, ſed jus rite traditâ muliere utendi (quod matrimonium vocamus *c. 38. cauſ. 27. q. 2.*) denotare videtur, utpote quod juris naturæ eſſe, cum pagina hæc omnia perſequi non patiatur, diſcurſus oſtendet. Quod autem quidam materiam juris N. ſtatuunt omnia bona & mala Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c. 3. §. 2.* item actiones omnium virtutum à jure naturæ præcipi, prohiberi omnes actiones Virtuti contrarias Hornej. *Phil. Moral. l. 4. c. 3. n. 28.* admodum falluntur; Cum pleræque virtutes, tam vulgò

Materia juris N.

mo-

morales dictæ, quam aliæ Civiles & Politicæ à jure N. non præcipiantur, & vitia plurima ab eodem ignorentur;

In quo conſiſtat in genere formale virtutis.

Sicuti enim virtutis conceptus formalis in genere in eo conſiſtit, ut actio aliqua ſit conformis ei, quod in certa ſocietate humana fieri convenit, cum non omnia ubique omnibus honeſta ſint atque turpia *vid.* Cornel. Nep. *in Vit. Excell. Imp. in præf.* ita dum homo conſideratur, vel ut eſt in ſtatu naturali ut tali, vel in ſtatu Gentium inter ſeſe collatarum, vel denique in ſtatu civili, hinc etiam triplicis generis ſunt bona vel mala, virtutes & vitia.

An virtutes morales omnes ſint juris N.

Sic pleræque in Ethicis enumerari ſolitæ virtutes (excepta temperantia & veritate) ſunt virtutes juris G. partim, partim etiam ſunt civiles inter quas principaliſſima eſt *La Complaiſance*, quæ etiam recte dici poteſt unica virtus Theologica, Moralis & Civilis. Quid enim v. g. Magnanimitas ad jus naturæ confert? utpote quod ignorat honores; quid Fortitudo? cum pericula ab ordine naturæ quam longiſſime ſint aliena; Sic etiam Juſtitia, uti vocatur, diſtributiva ſ. attributrix (quo nomine apud Grotium venit *lib. 1. c. 1. n. 8. de I. B.*) διανεμητικὴ apud Ariſtotelem, ad jus naturæ non pertinet; cum verſetur circa ea, quæ homini ſunt tribuenda, quatenus eſt membrum civitatis;

Quatenus juſtitia commutativa pertineat ad jus N.

Commutativam verò, Grotio Expletricem, Ariſtoteli ἐπανορθωτικὴν, quæ verſatur circa ea, quæ homini ſunt tribuenda ut homo eſt, item ut pars ſocietatis communis, in illis tantum, in quibus de naturali quodam actu quæſtio eſt, ad jus N. ſpectare, in conflictu oſtendetur. Recte igitur Bœcler. *in not. ad Grot. proleg. p. 60.* Firma, inquit, manet iſta regula: Vitia contra naturam eſſe ea, quæ non decent hominem ut homo eſt. Sed & minus re-

ctè

ctè concluſiones illas ex principiis ſocietatis humanæ, per ratiocinationem deductas ad jus naturæ referri, certum mihi eſt; Sic omnes contractus, præter paucos à jure Civili primum introductos, neceſſitatem & indigentiam quandam humanam non â natura, ſed ex depravato hominnm ſtatu ortam præſupponunt, & inde tota eſſentia ſua ſunt juris G. uti loquitur Vinn. *ad rubr. J. de obligat. ex §. 2. I. de I. N. G. & C.* & *l. 5. ff. de I. & I.* Et ſane ſi v. g. juris N. præceptum eſſet, Depoſitum eſſe reddendum, neutiquam Magiſtratus Politicus prohibere hoc poſſet, uti tamen eundem facere poſſe, exigente aliqua neceſſitate vel utilitate politica, experientia teſtatur; ſicuti etiam de aliis contractibus diſponendi poteſtatem merito ſibi vindicat, uti videmus in mutuo filiofam. dato, quod cum effectu reſtitutionis condici per SCtum Macedonianum (de quo vid. Sveton. *in vita Veſpaſ. c. 11.*) lege civili non poteſt, *l. 1. pr. ff. de SCto Macedon.* it. in SCto Vellej. *l. 1. pr. l. 2. de SCto Vellej.* Nulla igitur pacta, nulli contractus à jure naturæ originem trahere vel dependere videntur. Quodcunque enim præſupponit neceſſitates & indigentias humanas, non eſt juris Naturæ, ſed Gentium *§. 2. I. de I. N. G. & C.* Atqui Pacta & Contractus præſupponunt talem indigentiam & neceſſitatem. E. non ſunt juris naturæ. Quod ſi quæras, an non igitur jure N. obligemur ad pacta ſervanda? Dico, obligamur, non vi pacti, ſed vi inſtituti naturalis, quod vetat, ne ſermone aliter, quam ſecundum naturæ ordinem utamur. Cum autem ſermo, ſ. ſi mavis loquendi facultas, à natura homini in alium finem data non ſit, quam ad exprimenda animi ſenſa, vid. *perquam eleganter de uſu ſermonis & de Officio ſermocinan-*

Pacta & contractus non ſunt Juris N.

Qua ratione obligemur ad pacta ſervanda.

nantum differentem Dn. Puffend. *de Off. Hominis & Civis. l. 1. c. 10.* hinc ſi quis aliter ſermone utatur, naturæ legem offendit; Utrum autem illa, quæ quis citra præexiſtentem obligationem ſerio promiſit, ſervare debeat, nec ne, ex commnni Gentium uſu, vel civili legislatione dependet; Itaque adeo ad ejusmodi promiſſa præſtanda obligari nos, dico, ſit nullum omnino, quocunque illud nomine veniat, mendacium licitum eſſe putem, modo ſenſus & conſonans ac determinatus intellectus in promiſſo adſit, vid. Grot. *de I. B. lib. 2. c. 11. n. 2. 3. 4.* it: §. *1. I. de V. O.* alioquin tantum nudum i. e. omni temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum determinatione deſtitutum, erit pactum, ex quo plene obligari ita ut actionem producat, propter nimiam incertitudinem, & ex civilis & mores hodierni recte negant. Deinde admodum etiã crude dicitur, juris naturæ præceptũ eſſe: Quod tibi vis fieri id alteri feceris; reſtringendũ enim hoc ita: Quod tibi vis fieri ſecundum ordinẽ naturæ id alteri feceris, alias, ſi v. g. Princeps ab aliquo de munere, privilegio &c. ſibi concedendo ſollicitaretur, nõ poſſet jure naturæ illi hoc non largiri; Et quæ alia ſunt abſurda, exinde pullulantia. Relinquitur igitur, juris naturæ materiã intra actuum naturalium ſeſe continere terminos, cæteras verò concluſiones eſſe dictata rationis, petita per ratiocinationem, vel ex jure divino poſitivo, vel gentium, vel civili. Ut inde non inconcinne diſtingvi poſſe exiſtimem inter jus naturale ſeu rationabile, daß natürlich-begreiffliche Recht / & naturæ jus, das in der Natur eingepflantzte / und dieſelbe erhaltende Recht. Quo inclinat Bœcler. *in not. ad Grot. prolegom. p. 59.* dicens, eſſe aliquam ſignificationem latiorem juris N. qua dican-

Ex pacto nudo neque jure civili neque hodie datur actio.

can-

cantur contra jus N. fieri; quæ etiam in aliis rebus, quam juris naturæ objectis, judicio intellectus humani recte confirmato repugnant. Neque tandem ad jus Naturæ referenda æternæ veritatis principia v. g. bonum ſectandum, malum fugiendum; hæc enim utut in ſe vera ſint, propriè jus non inducunt, ſed ſaltem ſunt notiones ſ. propoſitiones jus aliquod præſupponentes, cum ex eo quod ſciam bonum eſſe ſectandum, non posſim in hypotheſi concludere, quid bonum, quidve agendum ſit. *An æternæ veritatis principia ad jus N. pertineant.*

§. VIII. Qua verò ratione circa actiones iſtas naturales recte ſeſe gerere debeat Homo, admodum difficile eſt exprimere, cum lapſu primorum parentum natura humana ita depravata ſit, ut uſum ac ordinem omnium creaturarum non, niſi quaſi per umbram aliquatenus cognoſcere, nedum obſervate poſſimus; Ad illum tamen quodammodo inveſtigandum, liceat mihi hac vice humanas actiones examinare ſecundum gradus amoris, qui unicum eſt naturæ vinculum, idemque unicus hominis affectus, & in cujus recta gubernatione omnis virtus τὸ καλὸν ἀγαθὸν ſ. verum honeſtum conſiſtit, ut recte dixiſſe videatur author *Des Oeuvres melées* part. 6. *L' Honeſteté n'eſt que l' amour propre bien reglé.* Amoris verò gradus octo vulgo, tanquam cardinales & generales, à Scholaſticis enumerari ſolent.

§. IX. Primus gradus eſt Amor DEI, hoc enim ipſo quod Deus eſt creator & conſervator univerſi, obligamur ad ejus cultum internum & externum, *v.* quæ docta ſatis habet Puffend. *de Off. Hom. l. 1. c. 4.* ne ſi Divini iſtius Numinis cultum negligamus, illud viciſſim & nos negligat, & ſic interitus nobis maturetur, quem omni- *Primus gradus amoris.*

 bus

bus modis declinare, ex ordine naturæ obligamur. Certum autem Numen colendi modum non præſcribit jus naturæ, ſed hic ab ipſius DEI revelatione, vel etiam certa ratione, à Majeſtatis Civilis diſpoſitione dependet. Et hîc omnino conſiderandum, quanta ſit vis inolitæ opinionis, & quantum libertatem judicii minuat in ſuam cujusque ſectam ſtudium, qua de re vid. Grot. *de I. B. l. 2. c. 20. §. 50.* Unde execrandum eſt illud Pelagii Papæ effatum dicentis: Apoſtolicæ authoritatis exemplo (imo diabolicæ, ex infallibilitatis ſtudio pullulantis, inſaniæ impetu) didicimus, errantium Spiritus tradendos eſſe ſatanæ *c. Apoſtolicæ 24. q. 4.* ſiquidam commiſeratione quam odio digniores ſunt, quicunque à vero aberrant; & ille demum eſt hæreticus, ſecundum mentem Auguſtini qui alicujus temporalis commodi cauſa, falſas ac novas opiniones vel gignit vel ſequitur. *c. Hæreticus 24. q. 3.* Et cum juxta principia religionis Chriſtianæ, Deus omnia voluntatis peccata, licet jam nobis incognita, gratia in ejus miſericordia per filium nobis paratâ, quærentibus remiſſurus ſit, multo magis veniam impetrabunt, qui ſummum Numen ſubmiſſe venerantur, ut illis ignoſcat, ſi ex peccato & imbecillitate intellectus, illud cultu quodam aberranti coluerint. *v. 1. Timoth. 1. v. 13. 15. in fin. & 16. pr. Rom. 2. v. 16. verb.* entſchuldigen. Et quis tandem ſibi arrogabit, ſe Deum ita perfecto culto colere, ut alios diſſentientes ſimpliciter damnare velit, cum oraculum illud divinum, verba ineffabilia in tertio cœlo edoctum, agnoverit, ſuam de amore & cultu DEI cognitionem nil niſi imperfectionem eſſe. *1. Cor. 13. v. 9. & ſeqq.* Nolite igitur damnare, ne damnemini, nec judica-

Hæreticus quis?

cate ne judicemini, *Matth. 7. v. 1.* Quantum autem jus N. attinet, ſecundum hunc primum amoris gradum, omnis creatura tam in nobis, quam extra nos primario adhibenda eſt in gloriam DEI, quo prima petitio orationis Dominicæ pertinet. Ut agnoſcamus, ab ejus ſanctisſima directione & ordine omnia dependere, & ſic voluntati ejus quocunque modo nobis manifeſtatæ, ſubmiſſo obſequio obtemperandum, ejusque immenſæ gratiæ omnem noſtram ſalutem adſcribendam eſſe.

§. X. Secundus gradus eſt AMOR ANIMÆ NOSTRÆ; Cum enim tam immenſus ſit Dei erga nos amor, ut omnem naturam creatam ho mini quaſi ſubornaverit, imo donaverit, juxta illud Apoſtoli *Rom. 8. v. 14.* omnino hic Dei amor reciprocationem in nobis requirit, ut nil magis intendamus, quam ſpiritum ſ. animam noſtram eidem reddere à quo principium duxit v. *Gen. 2. v. 7.* Animæ igitur propriæ præcipua cura habenda eſt, *i. e.* Animus ante omnia ad commode tranſigendam vitam & affectus corporis ſecundum rectam rationem dirigendos, eſt formandus, officiique & honeſti ſenſu & amore imbuendus, uti dicit *Puff. d. l. 1. c. 5. § 2.* Si enim ita animus ſecundum ordinem naturæ, & rectam rationem dirigat affectus, conſequetur homo Bonum illud, quod Ethicis dicitur Summum Morale, quod nil aliud eſt, quam perpetua & conſtans Voluptas & tranquillitas animi, oriens ex actione virtuoſa, id quod recte expresſit Epicurus, quam innocentisſime pluribus infamis, dicens: Summum bonum eſt Voluptuoſe vivere, *i. e.* uti verba ejus in compendium redegit author *des Oeuvres melées*: *Vivre ſelon la nature, & ne ſentir aucune douleur.* quæ quoque Sapientisſimi Salomo-

Secundus gradus amoris.

Quid ſit S. bonum morale.

mo-

monis eſt ſententia, plus ſimplici vice dicentis: Hominem nil melius (*E. hoc eſt optimum*) habere ſub ſole quam edere, bibere (*intellige ſecundum naturam*) & gaudere. *Eccleſ. c. 8. v. 5. c. 5. v. 17.* quo ſenſu recte dicit laudatus author *des Oeuvres melées p. 4. La nature ſeroit de venue inutile à l'homme, ſi elle n'avoit établi ſes principes ſur la joye, & ſur le plaiſir.* Quodſi verò Animæ curam neglexerit homo, ſummi ejus boni, aliorumque animi donorum amisſionem ſequetur affectuum turbatio, & hanc certisſimus hominis interitus, omni niſu cuicunque avertendus.

Tertius gradus amoris.

§. XI. Tertius gradus eſt Amor *Animæ proximi*, cujus præ aliis rebus potior habenda cura, ex eadem ratione, quia præſtantior aliis eſt. Et ſane cum anima hominis ab initio ſit inſtar tabulæ raſæ, in qua nihil eſt ſcriptum, adeoque homo, ſi absque ſedula aliorum informatione, & citra omnem ab aliis accedentem curam & culturam, ad robuſtam provectus foret ætatem, miſerabilius animal vix deprehenderetur, elingue nimirum ac nudum, & ad omnem ſocietatem ineptum, vid. prolixius Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 3. §. 3.* Et ejusmodi conditioni homines, etiamſi in primævo ſtatu permanſiſſent, obnoxios fuiſſe, non inepte colligitur ex exemplo ipſius Salvatoris, qui non ab initio omnibus ad vitam neceſſariis animi donis inſtructus, cum ætate demum proficiebat, & corroborabatur Spiritu, implebaturque ſapientia. *Luc. 2. v. 40.* v. eleganter hic *Europ.* Heerhold *p. 2.* Hinc quisque qui humanam naturam præ ſe fert, obligatur, etiam cum jactura bonorum ſuorum (utpote quæ ad ſeptimum demum gradum amoris pertinent) curare, ut animus proximi ad vitam re-

Homo licet nunquam peccaſſet tamen opus habuiſſet informatione aliorum.

recte tranſigendam, & naturæ ordinem obſervandum, probe informetur. Unde eſt, quod Tutores primario dantur perſonæ, & conſequenter tantum bonis. Struv. *Synt. I. C. Ex. 31. §. 4.* ita ut etiam actione tutelæ conveniri posſint, ſi bonæ educationis pupilli curam neglexerint, licet vel exactisſimam, in bonis adminiſtrandis, adhibuerint diligentiam, arg. §. 4. 1. *q. t. tut.*

§. XII. Quartus gradus eſt amor Univerſi, ut tota natura creata, quantum in nobis eſt, conſervetur, quod in ſtatu civili adumbratur amore Reipublicæ, ubi quæritur: An Reſp. ortum habeant ſuum ex jure naturæ? cui quæſtioni ſatis feciſſe ſeſe plerique arbitrantur, reſpondendo, Imperium aliquod Politicum juris N. eſſe, formam regiminis ab eo jure non præſcribi, *v.* Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c. 6. §. 4.* & prolixe ac ſatis acute Bœcl. *ad Grot. de I. B. l. 1. c. 3. §. 6.* quod non inconcinná etiam ratiocinatione probari poſſe videtur, quod cum primum juris N. præceptum ſit, ſe ſuaque diligere ſ. ſui conſervationem procurare, v. Hug. de Roy. *de Eo quod juſtum eſt l. 1. tit. 2. §. 3.* hæc vero intentio, dum privatis ſinguli commodis inhiant, ſi ſuo quisque modo ac arbitrio viribus utatur ſuis, facile impediretur, neceſſe ſit, ut non ſolum tantus hominum numerus in mutuam opem & defenſionem conſpirent, qui inquietantium impetus repellere, ſeque ſuaque conſervare posſint; ſed & una omnium voluntas ſit, id quod fieri nequeat, niſi voluntatem quisque ſuam alterius unius hominis vel concilii voluntati ſubjiciat, vid. *de ſocietatis ineundæ occaſione & modo accurate differentem* Machiav. *de Rep. l. 1. c. 2.* ita ut pro voluntate omnium habendum ſit, quicquid de rebus ad pacem communem neceſſariis ille homo,

Quartus gradus.

An Reſp. ſint juris Naturæ.

D vel

vel concilium iſtud voluerit. Verum ex ipſa hac, aliorumque v. Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c. 6. §. 1.* ratiocinatione ſatis apparet, hanc concluſionem non eſſe juris N. ſed Gentium, quia præſupponit neceſſitates & indigentias humanas, & corruptos hominum mores, qui ex ſtatu naturæ, qualis in prima fuit creatione, originem non trahunt, quare veriſſime dicit Hobbes *Elem. de Cive c. 6. n. 13.* in not. Si homines propriis ſingulorum imperiis ſe regere poſſent *i.e.* vivere ſecundum regulas naturales, opus omnino non eſſet, communi imperio coerceri.

Ordo dirigentim & dirigendorum, non vero imperantium & parentium eſt juris N.

Equidem ordinem aliquem inter homines dirigentium & dirigendorum juri naturæ convenire abſonum non eſt, quod eleganter oſtendit author des Entrov. Heerhelds *p. 2.* quo etiam valent, quæ afferuntur à Bœclero *d. l.* Verum imperium hominis in homines, neutiquam juri N. ortum ſuum debet; Imperium enim nil aliud eſt, quam præſcribere alicui aliquid cum vi cogendi *v.* perquam elegantia & commode huc applicanda, quæ habet Hornej. *Phil. mor. l. 2. c. 3. n. 7. & 9.* & imperium vim & coactionem δύναμιν ἀναγκαστικὴν deſignat qualem vim nulli homini in hominem (ſiquidem omnes natura ſunt æquales *l. 4. ff. de I. & I.*) jus N. tribuit. Ita ſol inter Planetas, cæterorum quaſi director eſt conſtitutus; Et in ipſo quoque homine, talis poteſtas directiva, ſc. intellectus in voluntatem, non verò imperium reperitur v. *Hornej. d. l.* Manet igitur, hominem ad reip. curam ſecundum jus N. ſaltem eo usque

Qualis ſit hominis ad remp. obligatio ex jure N. An

obligari, & ejus amorem reliquis amoris gradibus præferendum, quatenus in plurium, ad conſervationem communis naturæ cooperantium, ſalutem, ordo naturæ me dirigit. Interim peccatis corrupta hominum

focie-

ſocietas, ſine imperio externo, vices DEI tenenti conſervari non poteſt, cui ut omnes obtemperent, ex jure Divino & G. ſat arcta tenet obligatio. Hoc jam evicto, quod jus N. imperium civile ignoret, everſum eſt fundamentum Hobbeſii ratiocinantis, quod, dum jure N. ad obedientiam poteſtati civili præſtandam, obligemur, & quidem antequam ſciamus, quid imperabitur, exinde univerſaliter, & in omnibus eidem obedire, nos obſtringi, *Elem. de Cive c. 14. n. 10.* adeoque licet illa contra jus N. quid jubeat, nos non poſſe ad obediendum non teneri, cum eo ipſo, quod jus N. poteſtatem politicam velit, omne quoque de bono & malo, honeſto ac turpi judicium eidem conferat *c. 12. n. 1. & c. 6. n. 8. & 9.* Cum igitur antecedens vacillare oſtenſum ſit, collabetur & conſequens; Et hinc, quia Civis ſe obligat Principi ad obedientiam, non ut homo naturalis, ſed ut homo civilis, judicium boni & mali, honeſti & inhoneſti civilis, non etiam naturalis, eidem competit. At, inquiet Hobbes, Civis Principi voluntatem ſubjecit ſuam in omnibus? Reſp. recte, ſuam voluntatem, Atqui civis ne intelligi quidem poteſt velle ea, quæ ſunt contra jus N. *l. 15. ff. de cond. inſt. l. 3. ff. de R. I.* ſic cum quisque civis jus ſuum in Principem contulerit, nullus verò civis habeat contra jus N. faciendi jus, E. neque Princeps; quia nemo poteſt plus juris in alium transferre, quam ipſe habet *l. 54. de R. I.* & totum non plus includit, quam partes ſimul ſumptæ.

Magiſtratui contra jus N. quid jubenti, obedire teneamur.

§. XIII. Quintus gradus eſt amor *Vitæ noſtræ*, de qua quæritur, quid liceat pro vita, quid in vitam? Pro vita omnibus modis defenſionem ſuſcipi poſſe, etiam cum periculo & vitæ jactura alienæ, nemo, niſi qui ſui ipſi-

Quintus gradus. Homo nunquam natu-

ra fuit immortalis. ipſius amorem neglexerit, negabit. Licet enim ſtatus naturæ nunquam fuerit, ut homo natura eſſet im̃ortalis, contrarium enim ex primis Philoſophiæ principiis apparet, cum omne ex forma & materia compoſitum, ſit corruptibile Scheibl. *Metaph. l. 1. c. 5.* adeoque tantum per gratiam Dei, homo, ſi in ſtatu innocentiæ permanſiſſet, factus fuiſſet non mortalis, cui adſtipulatur Auguſtinus *lib. 6. de Gen. ad literam c. 25.* dicens: Mortalis erat homo conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris, quod ex ipſo quoque textu Gen. *c. 3. v. 22.* ubi immortalitatis cauſa eſui arboris vitæ non obſcure tribuitur, colligere eſt v. Becan. *Theol. Schol. p. 1. tr. 5. c. 4. q. 1. 2.* Talis tamen erat naturæ ſtatus, ut homo tam diu viveret, quamdiu calor naturalis, ſpiritus animales &c. in apta diſpoſitione ſeſe continerent, unde ad hanc diſpoſitionem conſervandam, & eam impedientia declinanda, ex ordine naturæ homo tenetur. Et hinc vim vi repellere, omnia jura permittere, dicit Paulus *l. 45. ff. ad L. Aquil.* Nec eſt, ut quis ſcrupulum moveat, pariter lædi ordinem naturæ, occiſo invaſore, quam ſi peream ipſe; fruſtra enim leges invocat, qui contra leges committit, uti dicitur in *l. 37. ff. de Minor.* & ſic cum invaſor contra ordinem naturæ delinquat, omni Jure, exinde ſibi competente excidit. Quin & licet per errorem exitium mihi quis intentet, quæcunque defenſio neceſſaria licita eſt, ſufficit enim, quod alteri non ſit jus ad me invadendum Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 5. §. 10.* & in me obligatio ſit, ad me in ſtatu à natura conſtitutum conſervandum. Cæterum hæc ita, præſuppoſito defectu judicii, ut qui origo belli privati *v.* Grot. *de J. B. l. 2. c. 1. n. 3. 4. 5.* & ſalvo moderamine inculpa-

Quid ſi quis per errorem vel etiam furore me invadat.

pa-

paræ tutelæ de quo *vid.* Seld. *de J. N. & G. l. 4. c. 3.* Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 5.* De quæſtione quid in vitam nobis liceat noſtram, an ſc. ullo caſu, nos ipſos occidere licitum ſit, quod negandum eſſe ex ſupradictis, & infra de obligatione juris N. dicendis, abunde patet, patebitque; it. an vitæ conſervandæ cauſa membro ſe liceat privare? *vid.* Grot. *de J. B. l. 2. c. 19. §. 5.* Guil. Grot. *de Pr. I. N. c. 7. §. 4. & 2.* illud tantum dico, cadavera τῶν αὐτοχείρων honeſta ſepultura non eſſe privanda, niſi aperte conſtet, illos criminis conſcientia ſeſe occidiſſe.

Quid in vitam liceat? remiſſive.

An αὐτόχειρες honeſte ſepeliri debeant.

§. XIV. Sextus gradus eſt amor Vitæ proximi; dum enim jus N. vult, ut quæque res in ordine conſervetur ſuo, nemo non obligatur, eò anniti, ne contra ordinem naturæ impingatur. Unde nullus omnino homo hominem occidendi jus arrogare ſibi juſte poteſt, niſi â Deo hoc ipſi conceſſum, vel vi ipſius naturæ ordinis, vel vi legis per expreſſam ſanctionem latæ, v. g. ob homicidium, adulterium &c. Quare caute procedendum ſibi duxerint Magiſtratus Politici, in decernenda delinquentibus pœna, ne occidendi alicujus hominis ſibi ſumant poteſtatem, niſi Deus vel expreſſa ſanctione permiſerit, vel juſta ex lege Dei ratiocinatione juxta præmiſſos anteponendos gradus amoris, e. g. univerſi vel reip. neceſſitate hoc concludatur. Et hinc recte, quamvis mitius paulò, Conſtitutionem Caroli V. Criminalem, qua *art. 157. & ſeqq.* pœna furti conſtituta eſt capitalis, ſi concurrant, ibidem requiſitæ circumſtantiæ, rigidam ac præduram vocat, neque aliis Principibus facile imitandam cenſet Suth. *Diſſ. XVI. §. 39.* Nec eſt, quod quis regerat: Majeſtatem Politicam eſſe ordinationem Dei, gladium

Sextus gradus. Quando hominem juſte occidere liceat.

non

non fruſtra gerentem *Rom. 13. v. 1. & 4.* adeoque illam in delinquentes, quam velit, Pœnam ſtatuere poſſe, hoc enim ita generaliter admiſſo, ſequetur, ſi quis deliquiſſet contra ejusmodi leges XII. Tabb. v. g. *Rogum aſcia ne polito, mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento vid.* ejus generis plures apud Jac. Gothofr. *in L. XII. Tab. fragm. tab. X.* it: ſi cuicunque Magiſtratus ſupremi ſeu in civili ſeu in criminali cauſa, interlocuto vel ſententiæ aliquis non paruerit, morte à Principe puniri

Quid ſi qui in deſpectum Majeſtatis, mandatum ejus vel jure minima negligat. An Romulus Remum, fratrem jure occiderit.

poſſe, quod trucem ſane tyrannidem ſpirat; niſi forte quis ultro & præciſe in deſpectum Majeſtatis, quocunque etiam modo delinquat, ita ut ſubſit metus perduellionis & ruinæ reipublicæ quo reſpectu Machiavello excuſatur Romulus, Remum fratrem ſupra muros in deſpectum majeſtatis quæ penes Romulum erat, tranſcendentem, & ita rem perniciofiſſimi exempli (utpote in novo regimine) patrantem jure occidens *v.* Machiav. *de Rep. l. 1. c. 9.* Neque verò, qui pro juſtitia Carolinæ conſtitutionis pugnant, juvabit, quod dicunt, mores hominum adeo in pejus

An mores hominum hodie ſint pejores quam olim.

mutatos eſſe, ut mitiori, vel eadem qua olim, pœna coerceri amplius nequeant, ut exinde delictum jure N. prohibitū capitali pœna coercendi, poteſtas ipſis competat; falſam enim hanc eſſe hypotheſin oſtendit, Thomas Morus, in ſua Utopia, & vel exinde patet, quod, cum quatuor tantum homines fuiſſent in mundo, quarta pars parricidii fuit rea; eleganter quoque dicit author *des oeuvres meleés p. 4. p. 2. La corruption a toujours été auſſi grande, qu'elle le peut être à preſent, les premiers ſiecles ont veu les premiers adulteres, & les deſordres de notre temps ne peuvent plus être, que copies.* Quæ omnia quam maxime exinde pateſcunt, quod amor bonorum, a-

mo-

mori vitæ proximi in ordine naturæ longe poſtponendus ſit. *vid.* prolixe & Achilleis argumentis conſtitutionem illam Carolinam oppugnantem Bachov. *ad Treutl. v. 2. d. 3. th. 3. G.*

§. XV. Septimus gradus eſt *Amor bonorum noſtrorum*, ubi disquirendum, qua ratione noſtrum aliquid fiat, ſeu quibus modis alicujus rei dominium conſequamur, Dominium enim nihil aliud eſt, quam jus quo res dicitur mea; ne, ſi per facultatem libere de rebus ſuis diſponendi deſcribatur, uti plerumque ſit v. Struv. *Synt. I. C. Ex. XI. §. 4.* pupilli, & illi quibus rerum ſuarum adminiſtratio non eſt permiſſa, vel etiam interdicta, Domini illarum eſſe negentur. Quod igitur dominii privati originem attinet, juris naturæ illud eſſe, à variis iisdemque eruditisſimis viris abunde oſtenſum eſt *v.* Dn. Simon. præclarum illud Jenenſium ſidus *in not. ad* Grot. *de J. B. l. 2. c. 2. §. 2. n. 1. p. 177.* Bœcler. *ad eundem locum Grotii*, explosâ illa de communione primæva opinione, quæ eſt Grotii *d. l.* & Seldeni *de Mari Clauſo l. 1. c. 4.* ubi tamen remisſive magis quam poſitivè hanc opinionem defendere videtur, *v. d. l. p. 21. edit. Londin.* Et ſane tantum abeſt, ut adſtipulandum ſit Papæ Clementi dicenti: Communis uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe debuit, ſed per iniquitatem alius dixit, hoc eſſe ſuum, alius iſtud, & ſic inter mortales facta eſt diviſio; *Can. dilectisſimis 12. q. 1.* ut potius communionem talem contra ordinem naturæ, & imposſibilem eſſe, recte aſſerat Bœclerus *d. l. v.* hîc contra communionem bonorum Platonicam diſputantem Ariſt. *2. Polit. 3.* Cum enim natura unicuique jus dederit in omnia ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria, ſeu DEUs in univerſum genus humanum Dominium in omnes res crea-

Septimus gradus.

Quid ſit Dominium.

An ab initio omnia fuerint communia?

Natura dedit, unicuique jus in omnia.

nantium differentem Dn. Puffend. *de Off. Hominis & Civis. l. 1. c. 10.* hinc ſi quis aliter ſermone utatur, naturæ legem offendit; Utrum autem illa, quæ quis citra præexiſtentem obligationem ſerio promiſit, ſervare debeat, nec ne, ex commnni Gentium uſu, vel civili legislatione dependet; Itaque adeo ad ejusmodi promiſſa præſtanda obligari nos, dico, ut nullum omnino, quocunque illud nomine veniat, mendacium licitum eſſe putem, modo ſenſus & conſonans ac determinatus intellectus in promiſſo adſit, vid. Grot. *de I. B. lib. 2. c. 11. n. 2. 3. 4.* it: *§. 1. I. de V. O.* alioquin tantum nudum i. e. omni temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum determinatione deſtitutum, erit pactum, ex quo plene obligari ita ut actionem producat, propter nimiam incertitudinem, & ex civilis & mores hodierni recte negant. Deinde admodum etiã crude dicitur, juris naturæ præceptũ eſſe: Quod tibi vis fieri id alteri feceris; reſtringendũ enim hoc ita: Quod tibi vis fieri ſecundum ordinẽ naturæ id alteri feceris, alias, ſi v. g. Princeps ab aliquo de munere, privilegio &c. ſibi concedendo ſollicitaretur, nõ poſſet jure naturæ illi hoc non largiri; Et quæ alia ſunt abſurda, exinde pullulantia. Relinquitur igitur, juris naturæ materiã intra actuum naturalium ſeſe continere terminos, cæteras vero concluſiones eſſe dictata rationis, petita per ratiocinationem, vel ex jure divino poſitivo, vel gentium, vel civili. Ut inde non inconcinne diſtingvi poſſe exiſtimem inter jus naturale ſeu rationabile, daß natürlich-begreiffliche Recht / & naturæ jus, das in der Natur eingepflantzte / und dieſelbe erhaltende Recht. Quo inclinat Bœcler. *in not. ad Grot. prolegom. p. 59.* dicens, eſſe aliquam ſignificationem latiorem juris N. qua dican-

Ex pacto nudo neque jure civili neque hodie datur actio.

cantur contra jus N. fieri; quæ etiam in aliis rebus, quam juris naturæ objectis, judicio intellectus humani recte confirmato repugnant. Neque tandem ad jus Naturæ referenda æternæ veritatis principia v. g. bonum ſectandum, malum fugiendum; hæc enim utut in ſe vera ſint, propriè jus non inducunt, ſed ſaltem ſunt notiones ſ. propoſitiones jus aliquod præſupponentes, cum ex eo quod ſciam bonum eſſe ſectandum, non poſſim in hypotheſi concludere, quid bonum, quidve agendum ſit. *An æterna veritatis principia ad jus N. pertineant.*

§. VIII. Qua verò ratione circa actiones iſtas naturales recte ſeſe gerere debeat Homo, admodum difficile eſt exprimere, cum lapſu primorum parentum natura humana ita depravata ſit, ut uſum ac ordinem omnium creaturarum non, niſi quaſi per umbram aliquatenus cognoſcere, nedum obſervate poſſimus; Ad illum tamen quodammodo inveſtigandum, liceat mihi hac vice humanas actiones examinare ſecundum gradus amoris, qui unicum eſt naturæ vinculum, idemque unicus hominis affectus, & in cujus recta gubernatione omnis virtus τὸ καλὸν ἀγαθὸν ſ. verum honeſtum conſiſtit, ut recte dixiſſe videatur author *Des Oeuvres meleés* part. 6. *L' Honeſteté n'eſt que l' amour propre bien reglé.* Amoris verò gradus octo vulgo, tanquam cardinales & generales, à Scholaſticis enumerari ſolent.

§. IX. Primus gradus eſt Amor DEI, hoc enim ipſo quod Deus eſt creator & conſervator univerſi, obligamur ad ejus cultum internum & externum, *v.* quæ docta ſatis habet Puffend. *de Off. Hom. l. 1. c. 4.* ne ſi Divini iſtius Numinis cultum negligamus, illud viciſſim & nos negligat, & ſic interitus nobis maturetur, quem omnibus *Primus gradus amoris.*

bus modis declinare, ex ordine naturæ obligamur. Certum autem Numen colendi modum non præſcribit jus naturæ, ſed hic ab ipſius DEI revelatione, vel etiam certa ratione, à Majeſtatis Civilis diſpoſitione dependet. Et hîc omnino conſiderandum, quanta ſit vis inolitæ opinionis, & quantum libertatem judicii minuat in ſuam cujusque ſectam ſtudium, qua de re vid. Grot. *de I. B. l. 2. c. 20. §. 50.* Unde execrandum eſt illud Pelagii Papæ effatum dicentis: Apoſtolicæ authoritatis exemplo (imo diabolicæ, ex infallibilitatis ſtudio pullulantis, inſaniæ impetu) didicimus, errantium Spiritus tradendos eſſe ſatanæ *c. Apoſtolicæ 24. q. 4.* ſiquidam commiſeratione quam odio digniores ſunt, quicunque à vero aberrant; & ille demum eſt hæreticus, ſecundum mentem Auguſtini qui alicujus temporalis commodi cauſa, falſas ac novas opiniones vel gignit vel ſequitur. *c. Hæreticus 24. q. 3.* Et cum juxta principia religionis Chriſtianæ, Deus omnia voluntatis peccata, licet jam nobis incognita, gratia in ejus miſericordia per filium nobis paratâ, quærentibus remiſſurus ſit, multo magis veniam impetrabunt, qui ſummum Numen ſubmiſſe venerantur, ut illis ignoſcat, ſi ex peccato & imbecillitate intellectus, illud cultu quodam aberranti coluerint. *v. 1. Timoth. 1. v. 13. 15. in fin. & 16. pr. Rom. 2. v. 16. verb.* entſchuldigen. Et quis tandem ſibi arrogabit, ſe Deum ita perfecto cukto colere, ut alios diſſentientes ſimpliciter damnare velit, cum oraculum illud divinum, verba ineffabilia in tertio cœlo edoctum, agnoverit, ſuam de amore & cultu DEI cognitionem nil niſi imperfectionem eſſe. *1. Cor. 13. v. 9. & ſeqq.* Nolite igitur damnare, ne damnemini, nec judica-

Hæreticus quis?

ca-

cate ne judicemini, *Matth. 7. v. 1.* Quantum autem jus N. attinet, ſecundum hunc primum amoris gradum, omnis creatura tam in nobis, quam extra nos primario adhibenda eſt in gloriam DEI, quo prima petitio orationis Dominicæ pertinet. Ut agnoſcamus, ab ejus ſanctisſima directione & ordine omnia dependere, & ſic voluntati ejus quocunque modo nobis manifeſtatæ, ſubmiſſo obſequio obtemperandum, ejusque immenſæ gratiæ omnem noſtram ſalutem adſcribendam eſſe.

§. X. Secundus gradus eſt AMOR ANIMÆ NOSTRÆ; Cum enim tam immenſus ſit Dei erga nos amor, ut omnem naturam creatam homini quaſi ſubornaverit, imo donaverit, juxta illud Apoſtoli *Rom. 8. v. 14.* omnino hic Dei amor reciprocationem in nobis requirit, ut nil magis intendamus, quam ſpiritum ſ. animam noſtram eidem reddere à quo principium duxit v. *Gen. 2. v. 7.* Animæ igitur propriæ præcipua cura habenda eſt, *i. e.* Animus ante omnia ad commode tranſigendam vitam & affectus corporis ſecundum rectam rationem dirigendos, eſt formandus, officiique & honeſti ſenſu & amore imbuendus, uti dicit *Puff. d. l. 1. c. 5. §. 2.* Si enim ita animus ſecundum ordinem naturæ, & rectam rationem dirigat affectus, conſequetur homo Bonum illud, quod Ethicis dicitur Summum Morale, quod nil aliud eſt, quam perpetua & conſtans Voluptas & tranquillitas animi, oriens ex actione virtuoſa, id quod recte expresſit Epicurus, quam innocentisſime pluribus infamis, dicens: Summum bonum eſt Voluptuoſe vivere, *i. e.* uti verba ejus in compendium redegit author *des Oeuvres melées*: *Vivre ſelon la nature, & ne ſentir aucune douleur.* quæ quoque Sapientisſimi Salomo-

Secundus gradus amoris.

Quid ſit S. bonum morale.

mo-

monis eſt ſententia, plus ſimplici vice dicentis: Hominem nil melius (*E. hoc eſt optimum*) habere ſub ſole quam edere, bibere (*intellige ſecundum naturam*) & gaudere. *Eccleſ. c. 8. v. 5. c. 5. v. 17.* quo ſenſu recte dicit laudatus author *des Oeuvres melées p. 4. La nature ſeroit de venue inutile à l'homme, ſi elle n'avoit établi ſes principes ſur la joye, & ſur le plaiſir.* Quodſi verò Animæ curam neglexerit homo, ſummi ejus boni, aliorumque animi donorum amisſionem ſequetur affectuum turbatio, & hanc certisſimus hominis interitus, omni niſu cuicunque avertendus.

Tertius gradus amoris.

§. XI. Tertius gradus eſt Amor *Animæ proximi*, cujus præ aliis rebus potior habenda cura, ex eadem ratione, quia præſtantior aliis eſt. Et ſane cum anima hominis ab initio ſit inſtar tabulæ raſæ, in qua nihil eſt ſcriptum, adeoque homo, ſi absque ſedula aliorum informatione, & citra omnem ab aliis accedentem curam & culturam, ad robuſtam provectus foret ætatem, miſerabilius animal vix deprehenderetur, elingue nimirum ac nudum, & ad omnem ſocietatem ineptum, vid. prolixius Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 3. §. 3.* Et ejusmodi conditioni homines, etiamſi in primævo ſtatu permanſiſſent, obnoxios fuiſſe, non inepte colligitur ex exemplo ipſius Salvatoris, qui non ab initio omnibus ad vitam neceſſariis animi donis inſtructus, cum ætate demum proficiebat, & corroborabatur Spiritu, implebaturque ſapientia. *Luc. 2. v. 40.* v. eleganter hic *Europ. Herold p. 2.* Hinc quisque qui humanam naturam præ ſe fert, obligatur, etiam cum jactura bonorum ſuorum (utpote quæ ad ſeptimum demum gradum amoris pertinent) curare, ut animus proximi ad vitam re-

Homo licet nunquam peccaſſet tamen opus habuiſſet informatione aliorum.

recte tranſigendam, & naturæ ordinem obſervandum, probe informetur. Unde eſt, quod Tutores primario dantur perſonæ, & conſequenter tantum bonis. Struv. *Synt. I. C. Ex. 31. §. 4.* ita ut etiam actione tutelæ conveniri posſint, ſi bonæ educationis pupilli curam neglexerint, licet vel exactisſimam, in bonis adminiſtrandis, adhibuerint diligentiam, arg. *§. 4.* I. *q. t. tut.*

§. XII. Quartus gradus eſt amor Univerſi, ut tota natura creata, quantum in nobis eſt, conſervetur, quod in ſtatu civili adumbratur amore Reipublicæ, ubi quæritur: An Reſp. ortum habeant ſuum ex jure naturæ? cui quæſtioni ſatis feciſſe ſeſe plerique arbitrantur, reſpondendo, Imperium aliquod Politicum juris N. eſſe, formam regiminis ab eo jure non præſcribi, *v.* Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c. 6. §. 4.* & prolixe ac ſatis acute Bœcl. *ad Grot. de I. B. l. 1. c. 3. §. 6.* quod non inconcinná etiam ratiocinatione probari poſſe videtur, quod cum primum juris N. præceptum ſit, ſe ſuaque diligere ſ. ſui conſervationem procurare, v. Hug. de Roy. *de Eo quod juſtum eſt l. 1. tit. 2. §. 3.* hæc vero intentio, dum privatis ſinguli commodis inhiant, ſi ſuo quisque modo ac arbitrio viribus utatur ſuis, facile impediretur, neceſſe ſit, ut non ſolum tantus hominum numerus in mutuam opem & defenſionem conſpirent, qui inquietantium impetus repellere, ſeque ſuaque conſervare posſint; ſed & una omnium voluntas ſit, id quod fieri nequeat, niſi voluntatem quisque ſuam alterius unius hominis vel concilii voluntati ſubjiciat, vid. *de ſocietatis ineundæ occaſione & modo accurate differentem* Machiav. *de Rep. l. 1. c. 2.* ita ut pro voluntate omnium habendum ſit, quicquid de rebus ad pacem communem neceſſariis ille homo,

Quartus gradus.

An Reſp. ſint juris Naturæ.

vel concilium iſtud voluerit. Verum ex ipſa hac, aliorumque v. Guilh. Grot. *de Pr. I. N. c. 6. §. 1.* ratiocinatione ſatis apparet, hanc concluſionem non eſſe juris N. ſed Gentium, quia præſupponit neceſſitates & indigentias humanas, & corruptos hominum mores, qui ex ſtatu naturæ, qualis in prima fuit creatione, originem non trahunt, quare veriſſime dicit Hobbes *Elem. de Cive c. 6. n. 13.* in not. Si homines propriis ſingulorum imperiis ſe regere poſſent *i.e.* vivere ſecundum regulas naturales, opus omnino non eſſet, communi imperio coerceri.

Ordo dirigentium & dirigendorum, non vero imperantium & parentium eſt juris N.

Equidem ordinem aliquem inter homines dirigentium & dirigendorum juri naturæ convenire abſonum non eſt, quod eleganter oſtendit author des Europ. Heerholds *p. 2.* quo etiam valent, quæ afferuntur à Bœclero *d. l.* Verum imperium hominis in homines, neutiquam juri N. ortum ſuum debet; Imperium enim nil aliud eſt, quam præſcribere alicui aliquid cum vi cogendi *v.* perquam elegantia & commode huc applicanda, quæ habet Hornej. *Phil. mor. l. 2. c. 3. n. 7. & 9.* & imperium vim & coactionem δύναμιν ἀναγκαστικὴν deſignat qualem vim nulli homini in hominem (ſiquidem omnes natura ſunt æquales *l. 4. ff. de I. & I.*) jus N. tribuit. Ita ſol inter Planetas, cæterorum quaſi director eſt conſtitutus; Et in ipſo quoque homine, talis poteſtas directiva, ſc. intellectus in voluntatem, non verò imperium reperitur v. *Hornej. d. l.* Manet igitur, hominem ad reip. curam ſecundum jus N. ſaltem eo usque obligari, & ejus amorem reliquis amoris gradibus præferendum, quatenus in plurium, ad conſervationem communis naturæ cooperantium, ſalutem, ordo naturæ me dirigit. Interim peccatis corrupta hominum ſocie-

Qualis ſit hominis ad remp. obligatio ex jure N. An

ſocietas, ſine imperio externo, vices DEI tenenti conſervari non poteſt, cui ut omnes obtemperent, ex jure Divino & G. ſat arcta tenet obligatio. Hoc jam evicto, quod jus N. imperium civile ignoret, everſum eſt fundamentum Hobbeſii ratiocinantis, quod, dum jure N. ad obedientiam poteſtati civili præſtandam, obligemur, & quidem antequam ſciamus, quid imperabitur, exinde univerſaliter, & in omnibus eidem obedire, nos obſtringi, *Elem. de Cive c. 14. n. 10.* adeoque licet illa contra jus N. quid jubeat, nos non poſſe ad obediendum non teneri, cum eo ipſo, quod jus N. poteſtatem politicam velit, omne quoque de bono & malo, honeſto ac turpi judicium eidem conferat *c. 12. n. 1. & c. 6. n. 8. & 9.* Cum igitur antecedens vacillare oſtenſum ſit, collabetur & conſequens; Et hinc, quia Civis ſe obligat Principi ad obedientiam, non ut homo naturalis, ſed ut homo civilis, judicium boni & mali, honeſti & inhoneſti civilis, non etiam naturalis, eidem competit. At, inquiet Hobbes, Civis Principi voluntatem ſubjecit ſuam in omnibus? Reſp. recte, ſuam voluntatem, Atqui civis ne intelligi quidem poteſt velle ea, quæ ſunt contra jus N. *l. 15. ff. de cond. inſt. l. 3. ff. de R. I.* ſic cum quisque civis jus ſuum in Principem contulerit, nullus verò civis habeat contra jus N. faciendi jus, E. neque Princeps; quia nemo poteſt plus juris in alium transferre, quam ipſe habet *l. 54. de R. I.* & totum non plus includit, quam partes ſimul ſumptæ.

Magiſtratui contra jus N. quid jubenti, obedire teneamur.

§. XIII. Quintus gradus eſt amor *Vitæ noſtræ*, de qua quæritur, quid liceat pro vita, quid in vitam? Pro vita omnibus modis defenſionem ſuſcipi poſſe, etiam cum periculo & vitæ jactura alienæ, nemo, niſi qui ſui ipſi-

Quintus gradus.

Homo nunquam nacn-

ipſi-

ra fuit immortalis. ipſius amorem neglexerit, negabit. Licet enim ſtatus naturæ nunquam fuerit, ut homo natura eſſet im̃ortalis, contrarium enim ex primis Philoſophiæ principiis apparet, cum omne ex forma & materia compoſitum, ſit corruptibile Scheibl. *Metaph. l. 1. c. 5.* adeoque tantum per gratiam Dei, homo, ſi in ſtatu innocentiæ permanſiſſet, factus fuiſſet nonmortalis, cui adſtipulatur Auguſtinus *lib. 6. de Gen. ad literam c. 25.* dicens: Mortalis erat homo conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris, quod ex ipſo quoque textu Gen. *c. 3. v. 22.* ubi immortalitatis cauſa eſui arboris vitæ non obſcure tribuitur, colligere eſt v. Becan. *Theol. Schol. p. 1. tr. 5. c. 4. q. 1. 2.* Talis tamen erat naturæ ſtatus, ut homo tam diu viveret, quamdiu calor naturalis, ſpiritus animales &c. in apta diſpoſitione ſeſe continerent, unde ad hanc diſpoſitionem conſervandam, & eam impedientia declinanda, ex ordine naturæ homo tenetur. Et hinc vim vi repellere, omnia jura permittere, dicit Paulus *l. 45. ff. ad L. Aquil.* Nec eſt, ut quis ſcrupulum moveat, pariter lædi ordinem naturæ, occiſo invaſore, quam ſi peream ipſe; fruſtra enim leges invocat, qui contra leges committit, uti dicitur in *l. 37. ff. de Minor.* & ſic cum invaſor contra ordinem naturæ delinquat, omni Jure, exinde ſibi competente excidit. Quin & licet per errorem exitium mihi quis intentet, quæcunque defenſio neceſſaria licita eſt, ſufficit enim, quod alteri non ſit jus ad me invadendum Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 5. §. 10.* & in me obligatio ſit, ad me in ſtatu à natura conſtitutum conſervandum. Cæterum hæc ita, præſuppoſito defectu judicii, ut qui origo belli privati *v.* Grot. *de J. B. l. 2. c. 1. n. 3. 4. 5.* & ſalvo moderamine incul-

Quid ſi quis per errorem vel etiam furore me invadat.

pa-

patræ tutelæ de quo *vid.* Seld. *de J. N. & G. l. 4. c. 3.* Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 5.* De quæſtione quid in vitam nobis liceat noſtram, an ſc. ullo caſu, nos ipſos occidere licitum ſit, quod negandum eſſe ex ſupradictis, & infra de obligatione juris N. dicendis, abunde patet, patebitque; it. an vitæ conſervandæ cauſa membro ſe liceat privare? *vid.* Grot. *de J. B. l. 2. c. 19. §. 5.* Guil. Grot. *de Pr. I. N. c. 7. §. 4. & 2.* illud tantum dico, cadavera *τῶν ἀυτοχείρων* honeſta ſepultura non eſſe privanda, niſi aperte conſtet, illos criminis conſcientia ſeſe occidiſſe.

Quid in vitam liceat? remiſſive.

An ἀυτόχειρες honeſte ſepeliri debeant.

§. XIV. Sextus gradus eſt amor Vitæ proximi; dum enim jus N. vult, ut quæque res in ordine conſervetur ſuo, nemo non obligatur, eò anniti, ne contra ordinem naturæ impingatur. Unde nullus omnino homo hominem occidendi jus arrogare ſibi juſte poteſt, niſi â Deo hoc ipſi conceſſum, vel vi ipſius naturæ ordinis, vel vi legis per expreſſam ſanctionem latæ, v. g. ob homicidium, adulterium &c. Quare caute procedendum ſibi duxerint Magiſtratus Politici, in decernenda delinquentibus pœna, ne occidendi alicujus hominis ſibi ſumant poteſtatem, niſi Deus vel expreſſa ſanctione permiſerit, vel juſta ex lege Dei ratiocinatione juxta præmiſſos anteponendos gradus amoris, e. g. univerſi vel reip. neceſſitate hoc concludatur. Et hinc recte, quamvis mitius paulò, Conſtitutionem Caroli V. Criminalem, qua *art. 157. & ſeqq.* pœna furti conſtituta eſt capitalis, ſi concurrant, ibidem requiſitæ circumſtantiæ, rigidam ac præduram vocat, neque aliis Principibus facile imitandam cenſet Suth. *Diſſ. XVI. §. 39.* Nec eſt, quod quis regerat: Majeſtatem Politicam eſſe ordinationem Dei, gladium

Sextus gradus. Quando hominem juſte occidere liceat.

 non

mori vitæ proximi in ordine naturæ longe poſtponendus ſit. *vid.* prolixe & Achilleis argumentis conſtitutionem illam Carolinam oppugnantem Bachov. *ad Treutl. v. 2. d. 3. th. 3. G.*

§. XV. Septimus gradus eſt *Amor bonorum noſtrorum*, ubi diſquirendum, qua ratione noſtrum aliquid fiat, ſeu quibus modis alicujus rei dominium conſequamur, Dominium enim nihil aliud eſt, quam jus quo res dicitur mea; ne, ſi per facultatem libere de rebus ſuis diſponendi deſcribatur, uti plerumque ſit v. Struv. *Synt. I. C. Ex. XI. §. 4.* pupilli, & illi quibus rerum ſuarum adminiſtratio non eſt permiſſa, vel etiam interdicta, Domini illarum eſſe negentur. Quod igitur dominii privati originem attinet, juris naturæ illud eſſe, à variis iisdemque eruditisſimis viris abunde oſtenſum eſt *v.* Dn. Simon. præclarum illud Jenenſium ſidus *in not. ad* Grot. *de J. B. l. 2. c. 2. §. 2. n. 1. p. 177.* Bœcler. *ad eundem locum Grotii*, exploſâ illa de communione primæva opinione, quæ eſt Grotii *d. l.* & Seldeni *de Mari Clauſo l. 1. c. 4.* ubi tamen remisſive magis quam poſitivè hanc opinionem defendere videtur, *v. d. l. p. 21. edit. Londin.* Et ſane tantum abeſt, ut adſtipulandum ſit Papæ Clementi dicenti: Communis uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe debuit, ſed per iniquitatem alius dixit, hoc eſſe ſuum, alius iſtud, & ſic inter mortales facta eſt diviſio; *Can. dilectisſimis 12. q. 1.* ut potius communionem talem contra ordinem naturæ, & imposſibilem eſſe, recte aſſerat Bœclerus *d. l. v.* hic contra communionem bonorum Platonicam diſputantem Ariſt. 2. *Polit. 3.* Cum enim natura unicuique jus dederit in omnia ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria, ſeu DEUs in univerſum genus humanum Dominium in omnes res crea-

Septimus gradus.

Quid ſit Dominium.

An ab initio omnia fuerint communia?

Natura dedit, unicuique jus in omnia.

creatas conceſſerit; hinc, ne, dum quod alter occupavit alter jure tanquam ſuum vindicet, (quia facto alter ſuo præjudicium mihi parare non poteſt) bellum oriatur jus N. voluit, ut quod quisque occupârit, ejus ſit, & poſſit de illo diſponere pro lubitu, etiam invito alio, quod nec ipſe Grotius diffitetur *l. 2. c. 2. §. 2.* quod contra eſt in communione, ſiquidem in re communi nemo dominorum jure facere quicquam poteſt altero invito, in re enim pari potior eſt cauſa prohibentis v. Struv. *Synt. I. C. Ex. XV. §. 26.* Quæ etiam ſententia manifeſta eſt ex ſacris pandectis, *ſui* enim agri & ſata Caino, ſua Abeli pecora fuiſſe, & ex *ſuo* quisque Domino obtuliſſe dicuntur *Gen. 4. v. 2. 3. 4.* Atqui hæc ita præter neceſſitatem & indigentiam, nedum iniquitatem gentium, quæ jam tum fuiſſe dici non poſſunt. Quamvis autem Dominium rerum univerſale, tam quoad actum primum, quam ſecundum, contra Hug. de Roy *de eo q. juſt. l. 1. tit. 5.* ſit juris N. fœtus, dominia tamen particularia hujus l. illius reip. it. Caji, Mævii, Titii, acquiruntur vel facto hominis interveniente, vel ex legis diſpoſitione. Utro verò id fiat modo, vel tum acquiritur dominium rei originarium, puta, quando res in nullius dominio fuit particulari, vel in eo eſſe deſiit v. Grot. *d. I. B. l. 2. c. 3.* vel derivativum, ubi res ex unius in alterius dominium tranſit, de quo, cum illud huc proprie non pertineat, vid. Grot. *lib. 2. c. 6.* Dn. Rachel. *in Cic. lib. de Off. p. 64. §. 40. ſeqq. I. de R. D.* Quod attinet originarii dominii acquirendi modos, varii traduntur, quorum principaliſſimus & maxime naturalis eſt occupatio, quæ pro variis objectis varia ſortitur nomina v. *tit. I. & ff. de A. R. D.* ibique interpretes. Unicum hîc quærere placet de occupatione ferarum, ſeu de venatione, An

Quomodo acquiratur Dominium

fe-

fera ab aliquo contra prohibitionem (quam licite fieri non negandum v. Vinn. *Comm. ad §. 12. I. de R. D.*) capta, ejus fiat? quod affirmandum eſſe ſecundum legem naturæ, ex dictis patet, ita ut nulla lege civili hoc immutari poſſit, *vid.* latius hæc deducta, & ſolidis ex ratione, lege, & authoritate petitis argumentis probata in Diſputatione ſub præſidio Ampliſſ. Dni. Præſidis, Reſp. J. Chriſtian Reichard / anno 1685 habitâ. Et licet fericidæ, Wild-Schützen (non Wild-Diebe uti vulgo) recte puniantur, eo quod injuriam Principi intulerint, arg. *l. 13. ff. de injur. §. 12. J. de R. D.* fera quoque ita capta licite eiſdem auferatur, exinde tamen non ſequitur, illos dominos non fuiſſe, ſed ſaltem in pœnam hoc fit; eâdem ratione, ac ſi cui ob monomachiam aufertur gladius, non quod ille ejus non ſit dominus, ſed in pœnam. v. Vinn. *Comm. ad §. 12. J. de R. D.* v. etiam Fritſch. *de Princip. Pecc.* ubi recte improbat morem nonnullorum Principum, fericidas cervis agglutinari, & ita in campum mitti jubentium.

An fera contra prohibitionem capta capientis fiat, & conſequenter à tertio, qui b. f. emit, auferri non poſſit. Quo jure fera capienti auferri poſſit.

§. XVI. Cum igitur rerum creatarum dominium jure naturæ in nos ſit collatum, & illæ ad conſervationem noſtram ſint creatæ, conſequens eſt, earum defenſionem licitè ſuſcipi, etiam cum cæde invaſoris v. prolixius Bœcler. *in not. ad Grot. l. 2. c. 1. §. 11.* Puff. *de Off. Hom. l. 1. c. 5. §. 16.* non quidem directe propter rem (hoc enim foret gradus amoris per hyſteron proteron negligere) ſed tum demum, ſi per ejus ſubtractionem in præſens vitæ periculum adducat, Grot. *l. 2. c. 1. §. 12.* ſic enim vitæ meæ amor præcedit vitæ alienæ conſervationem, juxta præmiſſa, ſc. ſi alio modo hoc periculum averti nequeat; quæ etiam ratio eſſe videtur legis He-

An jus N. permittat necem alterius pro defenſione rerum. & quando?

brææ

bræx de ſure nocturno *Exod. XXII. v.2.* it. legis XII. Tab. à Jac. Gothofr. in Tab. II. relatæ ſit ſonantis: *Si nox furtum faxit, sIm aliquis oCiſit, jure cæſus eſto.*

Octavus gradus. §. XVIII: Octavus gradus eſt amor *bonorum proximi*, quo pertinet quicquid in decalogi 7. 8. & 9. præcepto jubetur prohibeturve, *v.* Puff. *de Off. Hom. l.1. c.8.* ubi officia quorumlibet erga quoslibet ſecundum naturæ ordinem debita, tam eleganter, docte, & nervoſe explicat, ut eo B. L. remiſiſſe, totum dixiſſe mihi videar.

Nonus gradus. §. XIX. His octo amoris gradibus à Scholaſticis enumerari ſolitis, liceat addere Nonum, qui eſt amor cujusvis creaturæ ſeparatim conſideratæ, ut in ordine ſuo, quantum in nobis eſt, conſervetur, ad quem ordinem rite obſervandum, vires totius naturæ, & ſingularum creaturarum uſum ac finem naturalem, in quem condita eſt, ſcire ac cognoſcere deberemus, quam ſummam cognitionem in Adamo amiſſam, licet aſſequi non posſimus attamen quantum in nobis eſt, eo niti, & nullam creaturam ex ordine ſuo turbare debemus.

Homo hodie non perfecte ſcire poteſt ad quem uſum quæque res creata ſit.

Juris N. cauſa finalis. §. XX. Veniamus nunc ad cauſam finalem ordinis naturæ, qui eſt conſervatio rerum creatarum, ut quarum nulla absque decenti ordine conſiſtere poteſt, uti ex ſupra dictis patet: §. 1.

Juris N. Effectus. Nulla lex ſine obligatione. Mundus comparatur horologio. §. XXI. Quare rectâ ad effectum juris N. inveſtigandum me accingo, qui nihil aliud eſt, quam obligatio & inſtinctus, conſtringens & dirigens omnes creaturas ad ordinem naturæ ſervandum & non perturbandum. Cum enim nulla lex, proprie ita dicta promulgetur, quæ obligationem non inducat, i. e. neceſſitatem quandam operandi vel non operandi v. Guil. Grot.

Grot. *de Pr. I. N. c. 4. §. 2.* hinc neque jus N. ſine tali effe-ctu erit. Sicuti enim nemini Artificis alicujus v. g. horologium diſrumpere, vel rotas ex eo, quo confecit artifex, ordine, turbare, licitum eſt; Ita eo ipſo quod cœli terræque fabricator magnum mundi horologium condidit, in eoque quicquid in eo reperitur, decentiſſimo ordine diſpoſuit; homines ad eum obſervandum & non turbandum obligantur, quo ſenſu recte dicit Hornej. *Phil. moral. l. 4. c. 1. n. 25.* Quicquid Deus rerum univerſitatis Dominus ita oſtendit faciendum vel omittendum eſſe, ut, ſi contra agas, ipſius indignationem & vindictam incurras, id omni præcepti & legis vim habeat, neceſſe eſt, & hoc modo proponitur quicquid lex naturæ dictitat. Et hoc adeo quidem, ut de arbore fructus, plantasve temere, & non ad uſum à naturâ deſtinatum, abrumpendo, volucres, piſces, aliave animalia extra ordinem naturæ necando, contra jus naturæ impingamus; unde verum eſſe liquet, etiam in bruta delinquere, & injurioſum eſſe hominem poſſe, ſc. ſi iis contra naturæ ordinem, & non ad uſum à naturâ deſtinatum, utatur, & hoc eſt quod commendat hominum ſapientiſſimus *Prov. 12. v. 10.* Juſtus, inquit, miſeretur etiam ſui pecoris; quo forte etiam reſpiciunt leges nonnullæ Moſaicæ de uſu & conſervatione animalium, *Deut. 22.* De quæſtione illa, an hominibus ante diluvium carnium eſus fuerit permiſſus, quod negant Hebræi ex *Gen. c. 1. v. 29. junct. c. 9. v. 3. vid.* Seld. *de I. N. & G. l. 7. c. 1.* & Theologos ad Geneſin obvios. *An etiam in bruta peccare poſſimus.*

§. XXII. Abſoluta hactenus juris N. cauſa efficiente, forma, materia, fine & effectu, reſtat, ut paucis disquiramus, an jus naturæ tolli abſolute nequeat? *An jus N.*

Corollaria.

I.

NOn concubitus, neque nudus Conſenſus, ſed conſenſus tite facta traditione firmatus facit matrimonium.

II.

Omnia ſponſalia alterutrius juſto vel irreconciliabili utriusque verò nudo conſenſu, diſſolvi poſſunt tam ex jure Divino, Canonico & Gentium, quam Civili.

III.

Sponſalia etiam jurata propter ſupervenientem alterius fornicationem vel grandem deformitatem, poſſunt diſſolvi.

IV.

Si duo Sponſalia de præſenti, vulgo dicta, publice ſint celebrata poſteriora præferuntur, ſi his acceſſerit benedictio Sacerdotalis; non quidem propter hanc, ſed propter traditionem rite factam, quæ illam concomitatur, licet etiam prioribus acceſſerit concubitus.

V.

Senex enervatus cum puella matrimonium inire non

poteſt ; & hinc cum tali adulterium non committitur.

VI.

Jus N. in ſòla linea recta matrimonium, propter ordinem Naturæ, & reverentiam parentibus à liberis debitam, prohibet.

VII.

Matrimonium cum Virgine ſimulata conſummatum, ob deflorationem, quæ ante matrimonium contigit, poteſt diſſolvi, niſi uxor ſit gravida.

IIX.

Ex pactis dotalibus de futura ſucceſſione, conjux non fit hæres directus ſed fideicommiſſarius.

IX.

B. Maria non ſponſa, ſed vera uxor Joſephi, virgo tamen, fuit.

X.

Pontifex dum meretricem ex lupanari ducere, commendat, pium patientiæ ſtudium inculcat; quod ad ſummum forte amoris gradum referendum.

X I.

Deflorata pro meretrice habenda non eſt.

XII.

XII.

Tortura ſine prævia probatione alicujus delicti legitime non decernitur.

XIII.

Titulus pro herede eſt ad uſucapionem idoneus ſed non ſufficiens.

XIV.

Juſta belli ſuſcipiendi cauſa nulla eſt quam injuria.

XV.

Rex qui abſolutum imperium habet, ſolutus eſt legibus tam fundamentalibus, quàm à ſe latis.

XVI.

Non ex eo quod imperantes primario propriam utilitatem reſpiciunt, ſtatim reſp. corrupta ſ. perverſa aut iniqua dicenda.

XVII.

Carolus M. & Otto I. per nomen Imperatoris Romani nihil acquiſiverunt, niſi Advocatiæ jus in urbem Romam.

XIIX.

Carolus M. non fuit patriâ Germanus ſed Franco Gall9.

XIX.

Imperium Germanicum non eſt Romanum.

XX.

Imperator Turcarum & Pontifex Rom. ſunt legitimi Principes.

XXI.

Lex Regia, ita vulgo dicta nunquam exiſtitit.

XXII.

Abſolutæ neceſſitatis caſus nullam habet legem.

XXIII.

Quæſtio illa, an contra imperia currat præſcriptio, remittenda eo eſt, *ou on ne ſe ſert point du* droit canon, *mais* des canons.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. ...